



& pop
 & conf
 que fec
 specula
 in popu
 statutu
 Uolunt
 culare
 Landt
 E thabo
 ut. He
 nomi
 hoc est
 amur
 ut in
 & con
 rre
 inno
 in
 unt
 as
 rige
 t
 po
 in

coeperint populum & positus speculatores
 in ecclesia eos duxerint in errorem & in mon
 te thabor. Excelsis atque pulcherrimo.
 Qui interpretatur ueniens lumen insidias
 posuerunt ut deceptor quosque pertraheret
 in profundum & immolarent daemonibus
 & in barathrum ultimas declinarent.
 Ne aliquando resipiscerent. Ne domum dei
 ecclesia suspirarent. Quidam thabor
 interpretari putant lacum. id est cisternam.
 & presentia sensui conuenire. quod heretici
 foderunt lacum & inciderunt in foueam qua
 fecerunt. **E** ego eruditor omnium eorum
 ego scio effraim. & israhel non est absconditus
 a me. quia nunc fornicatus est effraim con
 taminatus est israhel. Non dabunt cogita
 tiones suas ut reuertantur ad dominum deum suum.
 Quia spiritus fornicationum in medio eorum. & dominum
 non cognouerunt. **O** sacerdotum & reges
 qui eum populum decepistis. & tu popule
 cui deceptus es. Tam grauer deliquistis.
 ut non solum occideritis ultimas. sed in pro
 fundum eas miseritis in inferni. Nolite ar
 bitrari magnitudine sceleris uos a me pe
 nitur recessisse. Ego sum magister uester
 immo eruditur. qui emendare cupiam
 non punire. Ego inquit scio effraim. id est
 hieroboam a quo seductus est populus &
 omnes reges qui eum & dignitate & scelere
 sunt secuti. & israhel non est absconditus a me.
 id est decem tribuum populus quia formi

22

cante rege contaminatus est israhel. Rex
 primo coepit ad cultu fornicari uultor
 aureos cupiens adorare. & uolens secutus
 est populus. paremque impietatem pari
 studio compleuerunt. Denique non reuer
 tentur ad dominum quia quod uoluerunt in
 uenerunt. & spiritus fornicationis. Quia iuxta
 apostolum operatur in filii differentiae
 possidet eorum corda captiua. Idcirco
 illo regnante. dominum nescierunt. Immo
 oblitusunt creatoris sui. Unde & princi
 pes dogmatum peruersorum. & populum
 domini non ignorat. Non quo eius notitia
 dignisint. sed quo nihil eum lateat eorum
 quae occultae faciunt. Quorum alii de
 ceperunt. alii sunt decepti. Nec dabunt
 cogitationes suas ut agant paenitentiam.
 Qui semper in perditione proficiunt.
 Spiritus enim fornicationis quo fornicati sunt
 in ecclesia. & uero matrimonio recesserunt
 uersatur in medio eorum. Ideo dominum
 non cognouerunt. **E**t respondebit ar
 rogantia israhel in facie eius & israhel & effra
 im ruent in iniquitate sua. Ru & etiam
 iudas cum eis. lxx. & humiliabitur
 in iniuria israhel & in facie eius. & israhel
 & effraim infirmabuntur in iniquitati
 bus suis infirmabitur & iudas cum eis.
Verbum gāon lxx & simmachus inter
 preantur iniuria. aquila & theodoto
 superbia. quidquid igitur fecit israhel.

Lxx. Ego enim magister uester ego cognoui ephraim. & israhel non recessit a me
 quia nunc fornicatus est effraim. commaculatus est israhel. non dederunt cogitationes suas
 ut reuertantur ad dominum deum suum. Quia spiritus fornicationis est in eis. dominum autem non cognouerunt ;